marcidus a severa Romanorum vir-
tute post maximam stragem in fugam ver-
sus est. Ex quo et rex ipse fugiens salutem
petiit nec se tutum ratus donec dimis-
sa grecia devenisset in ephesum. Quo fir-
mata per legatos cum Romanis tentata pace
sepissime adverso marte per prefectos na-
vali bello fortunam tentavit. Nam ab A.
attilio prefecto classis romane commeatus
eius intercepti sunt et dissipati navigium cete.
Hinc haud longe corinthum portum Polixe-
nas prefectus eiusdem cum magna navium
manu a Livio victus atque fugatus est. Ha-
nibal similiter ab Eudemo rhodio superatus
et cum perat fere deleta classis. Nec mi-
nus a Regillo emilio et rhodiis Poli-
xenas iterum victus cum navibus atque disper-
sus. Preterea Anthioco pulso omnis fere
grecia in Romanorum ditionem rediit et plu-
res asie civitates advenientes Lucio cor-
nelio Scipione consule a societate Anti-
ochi discedentes romanis sese iunxere.
Is vero plurium gentium tam suarum quam auxi-
liariorum et mercenariorum militum congrega-
to exercitu postquam paci modus non inve-
niebatur Cornelio Scipioni venit obvius
et falcatis quadrigis elephantibusque pli-
bus indianis pluribusque variis armis mi-
randis potius quam tremendis in acie tractis
pugnam adversus Romanos conseruit. Eu-
menis vero pergameni regis consilio falcate
quadrige in perturbationem ordinum pro-
ducentis circumacte sunt. Dein hominum
certamine inito et post ingentem cladem Anti-

haibal.

Regillus.

ochi omnis eius exercitus perturbatur cesisque
multis et ipse in fugam coactus Sardis
tutatus est. Inde nactu quo Demetrius filius
aufugerat cum uxore et filiis Apameam
contendit et tumorositate venti porta lega-
tos qui pacis leges que darentur susci-
perent Sardis ad consulem misit. Quibus
cogentibus iterum certa ultra tauri mon-
tem relictis citra omnibus regnaturus fere
extra orbem relegatus abiit nec liber sed
tributarius Romanorum. Deiectus igitur
Anthiocus a fastigio tam excelso in doloris
augmento vidit exquesitis a proavis
suis emulorum ampliari imperium. Multa
nempe in Europa multa in Asia Eumeni per-
gameno concessa sunt. multa et rhodiis by-
bentibusque preterea ob veterem affinitatem
concessa quedam. Et omnibus brevi Roma-
norum belli sociis cum sibi preter regnum ele-
phantes omnes naves et alia multa tam
utilia quam magnifica regibus auferre
vidisset. Verum cum post tempus cum et si re-
gni tam grande decus maiori pro parte
deposuisset non tamen mentis ardorem cupi-
ditatemque deposuit et tegumento velatus
quod auri pondus nimium Romanis impen-
dendum ex pacto non haberet se in latebram
dedit. Et iter alia vita tam grande faci-
nus regem decet adhibitis sociis oppor-
tunis nocte templum Dodonei Iovis
gentilibus tam tempestate venerandissimi
ob ingentem predam aggressus est qui ob
id temporalia amisisset ut divina dignu-
us possideret. Sed repentino circumstanti

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_935/0138
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG